

mea omnia cum suis pertinenciis vniuersis in hasluaäs¹⁾ et bodhum²⁾ ac vx-næbærghom situata, que magnificus princeps dominus magnus felicis recordacionis quondam Rex Swecie patri meo *Magistro oddoni* contulit jure perpetuo possidenda et que ego post ipsum patrem meum hereditario jure percepit viris nobilibus domino Thuconi Jonsson et filio suo karolo pro trecentis quadraginta marchis denariorum vendo et trado ex magnificorum principum dominorum B. Regis, E. et W Ducum Swecie illustrium consensu beniuolo pariter et assensu transferens in ipsos plenum proprietatis jus et possessionis dominium predicta predia commutandi, vendendi et pro ipsorum voluntate quomodolibet ordinandi, ablata michi meisque heredibus omni facultate predicta³⁾ predia inpetendi in posterum vel inpediendi seu aliqualiter reuocandi. In cuius vendicionis euidenciam pleniorum, sigilla illustrium principum dominorum Regis et ducum predictorum ac nobilium militum dominorum, kanuti Jonsson dapiferi et thoriri kætillson legiferi vna cum meo proprio presentibus sunt appensa. Datum . . . anno domini Millesimo CCC°. XIII°. in crastino vndecim milium virginum.

Sigillen hafva saknats.

1944.

1313 d. 23 Nov.

Möhammar.

PETER ANDERSSON upplåter till Beros enka Christina och hennes arfvingar den gårdstomt vid torget i Linköping, som han fått af Konung Birger. (Jfr. N. 1931).

Registr. Eccl. Lincop. perg. fol. 137.

Omnibus presentes litteras visuris vel audituris. PETRUS ANDRISSON. salutem in domino sempiternam. nouerint vniuersi fundum quendam lyncopie michi per dominum meum regem datum juxta forum inter curias heredum dominj thrononis de rosløso bone memorie et vddonis fabri situm cristine relicte beronis suisque heredibus fundum eundem confero jure perpetuo possidendum. In cuius rei testimonium sigilla reuerendorum virorum dominj johannis knutzson, necnon et filij suj gudhthormj vna cum sigillo meo presentibus sunt appensa. Datum moshamar Anno domini M°CCC° XIII IX kalendas decembris.

Allmän öfverskrift: De prebenda Broby.

¹⁾ Hasluaars. — ²⁾ Bodhom. — ³⁾ premissa.

Sv. Diplomatarium III.